

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

M. Vitrvii ... De architectvra libri decem

**Vitruvius
Frontinus, Sextus Iulius**

Argentorati, 1543

Liber secvndvs

[urn:nbn:de:bsz:31-128539](#)

SEXTI IVLII FRONTINI DE

num diametri digitos .x. perimetri digitos .xxx.
in usu non est. Fistula nonagenaria diametri digitos .x. .x.
perimetri digitos .xxxij. capit quinarias .lxxiiij. iiiij. Fistula non
nagenumquoniam diametri digitos decem. .s. perimetri digitos
iiij. & capit quinarias .lxxvij. in usu non est. Fistula centenaria dia
metri digitos .xi. ix. perimetri digitos .xxxij. capit quinarias
.lxxxi. apud aquarios habebat diametri digitos .xij. capacitatis
quinarias .xcij. Fistula centenum uicenum diametri digitos .xij. perime
tri digitos .xxxvij. capit quinarias .lxxxvij. apud aquarios
habebat diametri digitos .xij. capacitatis quinarias .clxij. Qui mo
dus duarum centenariarum est.

IVLII FRONTINI DE AQVAE,

DVCTIBVS VRBIS ROMAE,
LIBER SECUNDVS.



ERSECUTVS ea que de modulis dici
fuit necessarium. Nunc ponam, quemadmo
dum queq; aquarum principium, commen
tarijs comprehensum usq; ad nostram curam
habere uisit, quantum queq; erogauerit,
deinde que ipsi scrupulosa inquisitione pre
eunte prouidentia optimi, diligentissimique
principis Neruæ inuenierimus. Fuerunt cr
go in commentarijs in uniuerso quinariaru. xij. milia. dclly. in erogatio
ne. xiiij. milia. xvij. plus in distributione quā in accepto computabat
tur, quinariæ. Mclxij. Huic rei admiratio, cum præcipuum officij
opus in exploranda fide aquarum, atq; copia crederem, non mediocri
ter me conuertit ad scrutandum quemadmodum amplius erogaretur
quam in patrimonio, ut ita dicam, esset. Ante omnia itaq; capita ductu
rum metiri aggressus sum, sed longe. i. circiter quinarijs. x. milibus am
pliorem, quā in commentarijs modū inueni, ut per singulas demōstrabo,

APPIAS

DE
x.
x. x.
Fistula no-
tri digitos
enaria dia-
quinaria
capacitatis
xij. perime-
d aquarios
Qui mo-

AE

odulis dici
uemadmo-
, commenta-
ram curam
rogauerit,
sitione pre-
ntissimumque
uerunt et
in erogatio-
nputabant
uum officij
a mediocri-
erogarentur
bita dudu-
milibus amo-
mōstrabo,
APP IAB

AQVAEDVCTIBVS ROM. LIB. II.

APPIAE in commentarijs ascriptus est modus quinariarum decū. uniuscuiusque ad caput inueniri mensura non potuit, quoniam ex duobus riuis constat. Ad gemellas tamē, qui locus intra spem ue terem ubi iungitur cum ramo Augustæ, inueni altitudinem aquæ pedes quinq; latitudinem aquæ pedis unius & dodrantis. Fiunt areæ pedes octo & dodrans, centenariae. xxij. & quadragenariae que efficiunt quinarias. Mccccxxv. amplius quam in commentarijs habent quinarias. dcccclxxxij. erogabat quinarias. dcciiij. minus quā in commentarijs ascribitur quinariaj. cxxxvj. & adhuc minus quam ad gemellas mensuram respondet quinariaj. Mccxi. Intercidit tamen aliquantum ex ductus uitio, qui cum sit depresso non facile manationes ostendit quas ei inesse ex eo appetat, quod in plerisq; urbis partibus prebita aqua obseruatur, idq; quod ex eo manat, sed et quasdam fistulas intra urbem inuentas deprehendimus. Extra urbem autem propter pressuram librae que fit cis terram ad caput pedibus. L. nullam accipit iniuriam, seicut inueni. Anioni veteri ascriptus est modus in commentarijs quinariarū. Mccccxxi. ad caput inueni. iij. milia. cccxcvij. præter cum modum qui in proprium ductum Tiburtinum deriuatur. Amplius in commentarijs est quinariaj duobus milibus, que erogabantur antequā ad piscinam perueniret quinariae ducentæ sexagintaduæ. Modus in piscina que per mensuras positas initur efficit quinarias duo milia tricentas sexaginta duas. Intercidebant ergo inter caput & piscinam quinariae. Mdcclxxiiij. erogabat post piscinam quinarias. Mccxlyiij. amplius quam iij commentarijs conceptionis modum significari diximus quinariaj. lxiij. minus quam recipi in ductum potest. Nam posuimus quinarias. Mxiiij. summa que inter caput & piscinam, & post piscinam intercidebat quinariarum. ij. milium. dcclxxxvij. quod errore mensuræ fieri suspicarer, nisi inuenissem ubi auerterentur mille. clxij. Martie in commentarijs ascriptus est modus quinariarum duum milium centumsexagintaduarum. Ad caput mensus inueni quinarias quatuor milia sexcentas nonaginta, amplius quam in commentarijs est quinariaj duobus milibus quingentis uigintiocto. Erogabantur antequā ad piscinam perueniret quinariae. xcij. & dabatur in adiutorium Te-
pul.

SEXTI IVLII FRONTINI DE

pule quinariae. xcij. Item Anioni quinariae. clxiiij. Summa quæ erogabatur ante piscinam quinariae. cccli. Modus qui in piscinam mensuris positis initur cum eo qui circa. piscinæ ductum eodem canali in arcu excipitur, efficit quinarias. ij. milia. docccxliij. Summa quæ aut erogatur ante piscinam aut in arcu recipitur quinariarum. iiij. milium. ccxcv. amplius quam in conceptis commentariorum positum est quinarijs. Mcxxij. minus quam mensuræ ad caput actæ efficiunt quinarijs. Mcccxcv. Erogabat post piscinam quinarias. Mdccxl. minus quam in commentarijs conceptionis significari diximus quinarijs. cxxxvij. minus quam ex piscina in arcus recipiuntur, sunt quinariae. Mciij. Summa utraq; que intercedebant aut inter caput & piscinam, aut post piscinam quinariarum duum milium quingentiarum, quas sicut in cæteris pluribus locis intercipi deprehendimus. Non enim eas cessare manifestum est, etiam ex hoc eo quod è capite præter eam mensuram quam nos comprehendisse capacitate ductus posuimus effunduntur amplius. ccc. quinarijs. Tepula in commentarijs ascriptus est modus quinariarum quadringeriarum. Huius aquæ fontes nulli sunt, uenis quibusdam constabat, qua interceptæ sunt in Iulia. Caput ergo eius obseruandum est à piscina Iulia. Ex ea enim primū accipit quinarias. cxc. deinde statim ex Martia quinarias. xcij. Præterea ex Anione nouo ad hortos Epaphroditianos quinariae. clxij. Funt omnes quinariae. cccx lv. amplius quam in commentarijs quinarijs. xly. que inde erogantur, nec comparent. Iulia in commentarijs ascriptus est modus quinariarum. dclix. ad caput mensurairi non potuit, quoniam ex pluribus acquisitionibus constat, & al. sextum ab urbe miliarium uniuersa in piscinam recipitur, ubi modus eius manifestis mensuris efficit quinarias. Mcvi. amplius quam in commentarijs quinarijs. dluij. Præterea accepit prope urbem post hortos Pallantianos ex Claudia quinarias. clxij. Est omne Iulia in acceptis quinariae. Mccclxvij. ex eo dat in Tepulam quinarias. cxc. Erogat suo nomine. dcccij. fuit quas erogat quinariae. decccxciij. amplius quam in commentarijs habet quinarias. cccxluij. minus quam in piscina habere posuimus. cxxij. quas ipsas apud eos qui sine beneficijs Principis usurabant deprehendimus. Virginis in commentarijs ascriptus est modus quinariae.

AQVAEDVCTIBVS ROME LIB. II.

quinariarū. declij. minus. Mensura ad caput inueniri nō potuit, quoniā
 ex pluribus acquisitionibus constat, et leniore riuo intrat prope urbem
 ad miliariū septimū in agrum, qui nunc est ceroni commodiū uelocio
 rē cursum habet. Mensurā egi, qua efficit quinariarum duo milia. diij.
 amplius quā in cōmentarijs quinariis nulle. declij. Omnibus approba-
 tio nostra expeditissima est. Erogant enim omnes quas mensura depre-
 bendimus ad duo milia. diij. Alsietine conceptionis modus nec in com-
 mentarijs ascriptus est, nec in re præsentī certus inueniri potuit, cū ex
 lacu Alsietino, et deinde circa careas ex sabbatino, quantū aquarij tem-
 perauerūt, habet nō plus quinariis duobus milibus. Claudia abūdātior
 alijs maxime iniuriæ exposita est. In cōmentarijs habet non plus quina-
 riis duobus milibus octingētis quinquaginta quinq; cū ad caput inuene-
 rum quinarias. iiij. milia. dcvij. amplius quam in commentarijs mille.
 declij. Adeò autem nostra certior est mensura, ut ad septimum ab urbe
 miliariū, in piscina ubi indubitat, & mensuræ sunt, inueniamus quinaria-
 rū tria milia. cccxij. plus quam in commentarijs. ccclvij. quamuis &
 ex beneficijs ante piscinam eroget, & plurimū substrabi deprehenderi-
 mus, ideo quod minus inueniatur, quān reuera esse debeant quinariis
 mille. ccxcv. & circa erogationem fraus appetit, quod neq; ad com-
 mentiorum fidem, neq; ad eas quas ad caput egimus mensuras, neq;
 ad illas saltem piscinas post tot iniurias conuenit: Solē enim quinariæ
 mille. decl. erogantur minus quam commentiorum ratio dat quina-
 riis mille. cv. minus autem quam mensuræ ad caput facte demonstraue-
 runt quinariis duobus milibus. acclvij. minus etiam quam in piscina
 inuenit quinariis mille. dblij. Itaq; cum syncera in urbem proprio riuo
 perueniret, in urbe miscebatur cum Aniene nouo, ut confusione facta,
 & conceptio earum, & erogatio esset obscurior. Quod si qui forte me-
 acquisitionum mensuris blandiri putant admonendi sunt Curtiū, et Cæ-
 ruleum fontes aquæ Claudiæ sufficere ad præstandas ductui suo quina-
 rias quas significavit. iiiij. milium. dcvij. ut præterea mille. dc. effundan-
 tur. Nec eo inficias quin ea que superfluunt non sint proprie horū fon-
 tum. Capiuntur enim ex Augusta, quæ inuenta in Martiæ supplemen-
 tum, dum illa non indiget adiecimus fontibus Claudiæ, quamvis ne huius
 quina

quidem

SEXTI IVLII FRONTINI DE

quidem ductus omnem aquam recipiat. ANIO nouis in commentarijs habere ponebatur quinarias. iij. milium. cclxij. mensus ad caput reperi quinarias. iiiij. milium. dccccxxviiij. amplius quam in concepcionibus commentariorum est quinarijs mille. cccclxxv. quarum acquisitionem non aude me amplecti quo non alio modo manifestius probem quam erogatione ipsorum commentariorum, maior pars earum continetur. Negatur enim quinariarum. iij. milium. ccxi. alioquin in eisdem commentarijs inuenitur conceptio, non amplius quam trium milium. clxij. Præterea intercipi non tantum quingentas. xxvij. qua inter mensuras nostras et erogationem intersunt, sed et longe ampliorem modum deprehendi, ex quo appetet etiam exuberare comprehendens a nobis mensuram, cuius rei ratio est, quod uis aquæ rapacior, ut ex largo et celeri flumine excepta uelocitate ipsa ampliat modum. Non dubito aliquos annotaturos quod longe maior copia actis mensuris inuenta sit, quam erat in commentarijs Principum. Cuius rei causa error est eorum qui ab initio parum diligenter uniuscuiusque fecerunt estimationem, ac ne metu aestatis ac siccitatum intantum a ueritate eos recessisse credam, constantibus quidem ipsis mensuris Iulio mense, hanc uniuscuiusque copiam que supra scripta tota est deinceps aestate durate explorauerim. Quaecunq; tamen est causa a qua procedit illud, utiq; detectigatur. x. milia quinariarum intercidisse dum beneficia sua princeps secundum modum commentarijs ascriptum temperat. Sequens diuersitas est, quod aliis modis concipiatur ad capita, aliis nec exiguo: minor in pescinis, minimus deinde in distributione continentur, cuius rei causa est frustis aquariorum quos aquas ex publicis ductibus in priuatorum usum derivare detrahendimus. Sed et plerique possessorum, ex quorum agris aquæ circunducuntur, fraude formas riuarum perforant, unde fit ut dulcis publici hominibus priuatis uel ad hortorum usum subseruant, uel ad itinera suspendant. Ac de uitijs eiusmodi nec plura, nec meliora dici possunt, quam a Ccelio Rufe dicta sunt, in ea concione cui titulus est de aquis, que nunc nos omnia similitudinibus usurpata, utinam non per offensas probaremus. Irriguo: agros, tabernas, coenacula, et corripiciles denique omnes perpetuis salientibus instructas inuenimus, non quod falsis

Cœlius
Rufus.

AQ VAEDVCTIBVS ROM. LIB. TH.

falsis titulis aliae pro alijs aquae erogabantur, etiam si inter leuior aera teris uitia, inter ea tamen que emendationem uidebantur exigere, min randum est, quod sere circa montem Cœlium & Auentinum accidit, qui colles prius quam Claudia perduceretur utebatur Martia & Iulia, sed posteaquam Nero imperator Claudiam opere arcuato assumpsit, excepta usq; ad templū Diui Claudi perduxit ut inde distribucretur, priores non ampliate, sed amissæ sunt: nulla enim castella adiecit, sed iisdem usus, quorum quamvis mutata aqua, uetus appellatio mansit. Sa tis iam de modo cuiusq; & ueluti noua quadam acquisitione aquarum, & fraudibus, & uitijs, que circa eas erant dictum est, superest ut ero gationem, quam confectam, ut sic dicam, in massam inuenimus imo & falsis nominibus positam, per nomina aquarum, utique se habet, & per regiones urbis digeramus. Cuius comprehensionem scio non ieiunam tantum, sed etiam perplexam uideri posse: Ponemus tamen quam breuißime, ne quid uelut formule officij desit his, quibus sufficiat cognouisse summa licet tamen transire leuiora. Ut ergo distributio quinariarum .4. milium. 10. & .8. ita & quadrigeniarum .3. 6. quia una quandoq; ex quibusdam aquis in adiutorium aliarum datur, & bis in speciem erogationis cadit, sed semel in computationem uenit. Ex his diuiduntur extra urbem quinariae quatuor milia. 63. ex quibus nomine Cæsar is quinariae mille .dcxxvij. priuatis quinariae duo milia. 33 6. Reliquæ intra urbem mille .dcccly. distribuebantur in castella .247. quibus erogabantur sub nomine Cæsar is quinariae mille .707. semis: priuatis quinariarum .3. milia .347. usibus publicis quinariarum .4. milia .ccccci. ex eo castris ducentis quinariae .279. operibus publicis septuaginta quinq; quinariae .MCCCCCI. muncribus trigintanouem quinariae .393. lacubus quingentis nonaginta uno quinariae .MCCXXXV. Sed & haec ipsa dispensatio per nomina aquarū ad regiones urbis partienda est. Ex quinarijs ergo quatuordecim milibus .x. & viii. quam summam erogationibus omnium aquarum exposuimus, dantur nomine Appia extra urbem quinariae tantummodq; quinque, quoniam libra humilior oritur, & à metitoribus reliqua quinariae .dcxcix. intra urbē diuidebantur per regiones secundam, V. VIII. IX. XI. XII. XIII.

§ 2 XLI.

SEXTI IVLII FRONTINI DE

XIIII. in castella. xx. ex quibus nomine Cæsar is quinariae. cli.
priuatis quinariae. cxciiij. publicis quinariae. cccltij. ex eo
castris unis quinariae. iij. operibus publicis quatuor decim quinariae
cxxxij. munerib[us] uni quinariae. ij. lacubus nonaginta duobus quinariae. ce-
xxvi. Anionis ueteris erogabantur extra urbem nomine Cæsar is qui-
nariae. clxix. priuatis quinariae. ccciiij. Relique quinariae mille DVIII.
semis intra urbem diuidebantur per regiones primam. III. IIII. V.
VI. VII. VIII. XII. XIV. in castella. xxxv. ex quibus nomine
Cæsar is quinariae. lx. usibus priuatis quinariae. cccxc. publicis quin-
ariae. cluij. Ex eo castris unis quinariae. l. operibus publicis decem et no-
uem quinariae. cxcvi. muneribus nouem quinariae. lxxxvij. lacubus
nonaginta quatuor quinariae. cxxvij. Martiae erogabantur extra ur-
bem nomine Cæsar is quinariae. clxix. Relique quinariae. Mcccclxij.
intra urbem diuidebatur per regiones primas. III. IIII. V. VI. VIII.
IX. XIV. In castella. li. ex quibus nomine Cæsar is quinariae. cxvi.
priuatis quinariae. dxlij. castris quatuor quinariae. xlj. operibus pu-
blicis quindecim quinariae. xli. muneribus duodecim quinariae. ciij. la-
cubus centum quatuor decim quinariae. cclvi. Tepule erogabantur ex-
tra urbem nomine Cæsar is quinariae. lvij. priuatis. lvi. Relique qui-
nariae. cccxxxij. intra urbem diuidebantur per regionem III. V. VI.
VII. in castella. xiii. ex quibus nomine Cæsar is quinariae. xxxiiij. pri-
uatis quinariae. cxxvij. usibus publicis quinariae. l. ex eo castris duo-
bus quinariae. xij. operibus publicis tribus quinariae. vij. lacubus tre-
cum quinariae. xxxij. Iuliæ fluebant extra urbem nomine Cæsar is qui-
nariae. lxxxv. priuatis quinariae. cxxij. Relique quinariae. dxlvij. In-
tra urbem diuidebantur per regiones II. III. V. VI. VIII. X. XII.
in castella decem et septem. ex quibus nomine Cæsar is quinariae. xvij.
usibus publicis quinariae. ccclxxij. Ex eo castris quinariae. lxix. operi-
bus publicis quinariae. cxxi. muneribus quinariae. lxxij. lacubus uigintio
quinariae. lcv. Virginis nomine exhibant extra urbem quinariae
cc. Relique quinariae. Mcccciiij. intra urbem diuidebantur per regio-
nes VII. VIII. XIV. In castella. xxvi. ex quibus nomine Cæsar is qui-
nariae. dxlix. priuatis quinariae. cccxxxvij. usibus publicis. Mcccc-

xvij.

ariæ. cli.
ij. ex eo
i quinariae
inariae. co-
esaris qui-
ille DVIII.
III. V.
bus nomine
licis quina-
cem & no-
ij. lacubus
r extra ur-
ccccclxxij.
VI. VIII.
arie. cxvi.
peribus pu-
æ. ciij. la-
bantur ex-
elique qui-
III. V. VI.
xxxvij. pri-
castris duo-
cubus tre-
esaris qui-
dxlvij. in-
I. X. XII.
maria. xviii.
.lxix. operi-
cubus uiginti-
em quinaria-
ur per regio-
ine Cæsaris
icis. Mcccc
xvij.

xvij. Ex eo muneribus duobus quinariae. xxvi. lacubus uigintiquinque
quinariae. lxi. operibus publicis sexdecim quinariae. Mccccxxx. in qui-
bus per se Euripo cui ipsa nomen dedit quinariae. cccbx. Alsi etinæ qui-
nariae. ccccxcij. Hæc tota extra urbem consumitur nomine Cæsaris qui-
nariae. ccccluij. priuatis quinariae. cxxxxvij. Claudia & Anio nouus ex
tra urbem proprio quoq; riuo erogabatur, intra urbem confundeba-
tur, & Claudia quidem extra urbem nomine Cæsaris dabat quinariae
ccxvij. priuatis quinarias. ccccxxxix. Anio nouus nomine Cæsaris
dcccxxvij. Reliquæ utriusq; quinariae. MMMccccxcvij. intra urbem
diuidebantur per regiones urbis. xiiij. in castella. xcij. ex quibus nomi-
ne Cæsaris quinariae. Mdcccxxv. priuatis quinariae. Mlxxvij. usibus pu-
blicis quinariae. Mxij. ex eo castris nouem quinariae. cxlix. operibus pu-
blicis decimocto quinariae. ccix. muneribus duodecim quinariae cvij.
lacubus centumuigintisex quinariae. ccccxxvij.

HAE C copia aquarum ad Nervam Imperatorem usq; computata
ta ad hunc modum descriebatur, nunc prouidentia diligentissi-
mi Principis, quicquid aut fraudibus aquariorum intercipiebatur, aut
inertia peruertebat, quasi noua inuentione fontium accreuit, ac prope
publicata ubertas est, tum & sedula deinde partitione distributa, ut re-
gionibus quibus singulæ seruiebât aquæ plures darentur tanquam Cœ-
lio & Auëtino, in quos sola Claudia per arcus Neronianos ducebatur.
Quo siebat, ut quoties defectio aliqua interuenisset, celeberrimi colles
fitirent, quibus nunc plures aquæ, & in primis Martia reddita amplio-
ra opere à Cœlio in Auentinum usq; perducitur, atq; etiam omni parte
urbis lacus tam noui quam ueteres plerique binos salientes diuersarum
aquaerum acceperunt, ut si casus alterutram impeditisset, altera suffici-
ente nō destitueretur usus. Sentit hanc curâ Imperatoris piissimi Ner-
ue Principis sui Regiva et domina orbis indies, que terrarum dea con-
sistit, cui par nihil, & nihil secundum, & magis sentiet salubritas eius-
dem æternæ urbis, aucto castellarum, operum, munierum, & lacuum
numero, nec minus ad priuatos commodum quod ex incremento benefi-
ciorum eius diffunditur. Illi quoq; qui timidi illicitam aquam ducebant,
securi nunc ex beneficijs fruuntur. Ne pereentes quidem aquæ ociose

SEXTI IVLII FRONTINI DE

sunt, nam immundicarum facies, & impurior spiritus, & cause gravioris cceli, quibus apud ueteres urbis infamis aer fuit sunt remote. Non preterit me deberi operi nouae erogationis ordinationem, sed haec cum incremento adiunxerimus, intelligi oportet non esse eam ponendam nisi cum consummata fuerit. Quid, quod nec hoc diligentie Principis, quam exactissimam ciuibus suis præstat, sufficit, parum præsidij ac uoluptatis nostris contulisse sese creditis, quod tantam copiam adjiciat, nisi eam syncerorem, lucundioremq; faciat? Operæ premium est iræ per singula, per que ille occurrendo uitiijs quorundam uniuersis adiecit utilitatem. Etenim quando ciuitas nostra uel cum exigui hynbres superuenerant non turbulentas, limosasq; aquas habuit et nec quia hoc uniuersis ab origine naturæ est, aut quia istud incommode sentire debeant quod capiuntur ex fontibus, in primis Martia & Claudia, ac reliqua, quarum splendor a capite integer, nihil aut minimum pluvia inquinatur, si putei extracti obiecti sunt. Aquæ Anionis minus permanent lypidae: Nam sumitur ex flumine, ac sepe etiam sereno turbantur, quoniam Anio quamvis purissimo defluens lacu, mobilibus tamen cedentibus ripis, aufert aliquid quo turbetur priusquam deueniat in rios, quod incommode non solum hybernis ac uernis, sed aestiuis hynbris sentit, quo tempore exit gravior aquarum synceritas. Ex iis igitur alter, id est Anio uetus cum plerisque libra sit inferior, incommode infra se tenet. Nouus autem Anio uitabat ceteras: nam cum editissimus ueniat, & in primis abundans, aliquando defectioni aliarum succurrit. Imperitia uero aquariorum, deducentium in alienos eum specus, frequentius quam explemento opus erat, etiam sufficientes aquas inquinabat, maxime Claudiam, que per multa milia passuum proprio ducta riuo, Romæ demum cum Anione permixta, in hoc tempus perdebat proprietatem, adeoque obuenientibus non succurrebat, ut plerique aque accerserentur per imprudentiam, non ut dignum erat aquis parientium Martiam, ita ut ipsam splendore & rigore gratissimam, balneis ac fullonicis, & relatu quoque sedis ministerijs deprehenderimus seruientem. Omnes ergo discerni placuit, tum singulas ita ordinari, ut in primis Martia potuit tota seruiret, & deinceps reliqua secunduum suam queq;

AQVAE DUCTIBVS ROM. LIB. II.

queq; qualitatem aptis usibus assignarentur, sicut Anio uetus pluribus ex caufis, quo interiore excipitur minus salubris, in hortorum rigatum, atq; in ipsis urbis fodditora exiret ministeria. Nec satis fuit principi nostro ceterarum restituisse copiam, sed etiam gratiam. Anio nis quoq; noui uita excludi posse uidit. Omissa enim flumine repeti ex lacu qui est super uillam Neronianam Sublacensem ubi lympidissima est, ius sit. Nam cum oriatur Anio supra Trebā angustam, seu quia per saxos montes decurrit, paucis circa ipsum oppidis obiacentibus cultis, seu quia lacus altitudine in quo excipitur uelut depuratur, imminetum quoq; nemorū opacitate in umbratus, frigidissimus simul ac splendissimus eo peruenit. Hæc tam fœlix proprietas aquæ omnibus dotibus & equatura Martiam, copia uero superatura, ueniet in locum deformatum illius ac turbidae. Nouum Imperatorem Cæsarem Neruam Traianum Augustum præscribente titulo. Sequitur ut indicemus quod ius ducenda sit aquæ, que uera cura ductuum sit habenda, quorum alterum ad cohibendas intra modum impetrati beneficij priuatios, alterum ad ipsorum ductuum pertinet tutelam, in quibus dum altius repetto leges de singulis, quas late quidem apud ueteres obseruatas inueni, earum æquitatem aquarum, prudentiamq; reticendam non censui. Apud antiquos omnis aqua in publicos usus erogabatur, legeq; cautum ita fuit, ne quis priuatus aliam ducat, quam quæ ex lacu humum accedit. Hæc enim uerba sunt eius legis, id est, quæ ex lacu abundauit, eam nos caducam uocamus: Et hæc ipsa Caduca non in aliud usum, quam in balnearum, aut fullonicorum dabatur, aqua. eratq; uerbalis statuta merces, que in publicū penderetur: aliquid et in domos Principum dabatur, concedentibus reliquis. Ad quem autem magistratum ius dandæ uendendæque aque pertinuerit, in ipsis legis uariatur. Interdum enim ab Aedilibus, interdum à Censoribus permisum inuenio, sed apparet quoties in Repub. erat ab illis potissimum Aque duperpetuum: cum iij non erant, Aedilium eam potestatem fuisse. Ex quo manifestum est, quanto potior cura maioribus communium utilitatum, penes quam priuatarum uoluptatum fuerit, cum ad usum publicum pertineant quos. ret etiam ea aqua, quam priuati ducebant. Tutelam autem singularum aquarum locari solitam inuenio possumq; quæ Redemptoribus necessitatem.

SEXTI IVLII FRONTINI DE

tatem certum numerum circa ductus extra urbem, & certum in urbe
seruorum opificum habendi, & quidem ita, ut nomina quoq; eorum,
quos habituri erant in ministerio, per quasq; regiones in tabulas publicas
deurrent, corumq; operum probandorum curam fuisse per Censores
aliquando & Aediles, interdum etiam Censoribus eam prouinciam obuenisse, ut apparet ex eo quod factum est. C. Liciano Cesula, &
M. Fabio Censoribus. Quantopere autem curae fuerit ne quis uolare
ductus, aquamue non concessam deriuare auderet, cum ex multisappa
rere potest, tum ex hoc, quod Circus Maximus ne diebus quidem ludo
rum Circensium, nisi Aedilium aut Censorum permisso irrigabatur,
quod durasse etiam postquam res ad curatores transiit sub Augusto
apud Atteum Capitonem legimus. Agri uero qui aqua publica contra
legem essent irrigati, publicabantur: Mancipa etiam, sicut ea que ad
uersus legem mulcta loco scisces dicebatur. In ijsdem legibus adiectum
est ita; ne quis aquam oletato dolo malo, ubi publice salit, si quis oleta
rit, sefertiorum x. milium mulcta esto. Oletato uidetur esse olidam fac
to, cuius rei causa Aediles curules iubebantur per uicos singulos ex iis
qui in uno quoq; uico habitarent prædiaue haberent, binos prescire,
quorum arbitratu aqua in publicum saliret. Primus. M. Agrippa post
ædilitatem quam gesit, consularis operum suorum & munerum uelui
perpetuus curator fuit, qui iam copia permittente descripsit, quid aqua
rum publicis operibus, quid lacubus, quid priuatis daretur. Habiuit
familiam propriam, aquarum que tueretur ductus, atq; castella & la
cus. Hanc Augustus hereditatem ab eo sibi reliquit publicauit. Post
eum Q. Aelio Tuberone, P. Fabio Maximo iterum C O S S. in re, que
usq; in id tempus quasi potestate acta certo iure egisset, Senatus consul
to acta sunt, ac lex promulgata. Augustus quoq; editio complexus es
quo iure uterentur, qui ex committariis Agrippæ aquas haberent, tota
re in sua beneficia translata. Modulos etiam, de quibus dictum est, con
stituit, & rei continende exercendaq; curatorem fecit Messalam Cor
uinum, cui adiutores dati Posthumius Sulpitius prætorius & L. Comi
nius Pedarius, insignia eis quasi magistratibus concessa, deq; eorum
officio Senatus consultum factum, quod infra scriptum est. S. C. quod

Q. II.

E
um in urbe
og; eorum,
ulas publi-
per Censo-
n prouincia-
o Cesula, &
quis uiolare
multis appa-
uidem ludo-
rrigabatur,
ub Augusto
blica contra
nt ea que ad
us adiectum
siquis oleta-
se olidam faci-
ngulos ex ijs
os praeficere,
Agrippa pos-
tnerum uelut
sit, quid aqua-
r. Habuit
astella & la-
licauit. Post
S S. in re, que
Senatus consil-
complexus est
haberent, tota-
ictum est, con-
cessalam Cor-
s & L. Comi-
, decq; corum
st. S. C. quod
Q. A.

AQ VAEDVCTIBVS ROM. LIB. II.

Qu. Aelius Tubero, P. Fabius Maximus COSS. V. F. de ijs qui cura-
tores aquarum publicarum ex Senatus consilio à Cæsare Augusto no-
minati essent ordinandis, D. E. R. Q. F. P. D. E. R. I. C. placere huic
ordini eos qui aquis publicis præsent, cum eius rei causa extra urbem
essent, lictores binos, & seruos publicos ternos, architectos singulos,
& scribas, & librarios, accensos præconesq; totidem habere, quot ha-
bent ijs per quos frumentum plebei datur. Cum autem in urbe eiusdem
causa aliquid agerent, cæteris apparitoribus ijsdem præterquam licto-
ribus utiq; quibus apparitoribus. Ex hoc S. Consul. curatoribus aqua-
rum, utiliceret eos diebus. x. proximis. quibus S. Consul. factum esset,
ad ærarium deferrentur, quicq; ita delati essent, ijs prætores ærarij mer-
cede cibaria, quanta præfecti frumento danda, dare deferreç; solent,
annua darent & attribuerent, ijsq; eas pecunias sine fraude suas facere
liceret: utiq; tabulas, chartas, cæteraq; que eius curationis causa opus
esset, ijs curatoribus præbenda, Q. Aelius, P. Fabius, COSS. ambo
alterue si ijs uidebitur adhibitis prætoribus, qui ærario præsint et præ-
benda locent. Itemq; cum uiarum frumentiq; curatores, qui quarta par-
te anni publico fungebantur ministerio, ut curatores aquarum iudiciis
uacent priuatis, publicisq; apparitores & ministeria, quamuis per se-
ueret adhuc ærarium in eos erogare, tamen etiam curatorum uidentur
desisse inertia, & segnitia non agentium officium. Egressi autem urbem
duntaxat agendæ rei causa, Senatus presto esse lictores iusserat, nobis
circum euntibus riuos, fides nostra & autoritas à Principe data pro li-
ctoribus erit. Cum rem produxerimus ad iusitium curatorum, non
est, alienum subiungere, qui post Messalam huic officio ad nos usq; præ-
fuerint. Messalæ successit Silio & Plaucio. COSS. Atteius Capito: Ca-
pitoni L. Martio. C. Antistio ueteri COSS. Satrius Rufus: Satrio Ser-
gio Cornelio Cethego L. Visellio Varrone COSS. M. Cocceius Nerus,
Diui Nerus auus, sciëtia iuris illustris. Huic succèssit F. Persico L. Vi-
tellio COSS. C. Octavius Lenas: Lenati Iuriiano, & Nonio apprenate
COSS. Aquila. Huic succèssit M. Porcius Cato: post quem Sexto No-
nio Celere & Iunio Quintiliano COSS. Didius Gallus, Gallo Qu. Ve-
ranio Pompeio Longino COSS. Cn. Domitius Afer: Afro, Nerone

2 Claudio

SEXTI IVLII FRONTINI DE

Claudio Cæsare quartum, & Cocco Cossi filio COSS. L. Piso: Pisoni,
Virginio Rufo, & Memio Regulo COSS. Petronius Turpilianus:
Turpiliano Crasso Erugi, & Lecanio Basso COSS. P. Marius: Mario,
L. Telesino, & Suetonio Paulino COSS. Fonteius Agrrippa: Agrip-
pe, Silio, & Galerio Trachalo COSS. Alipius Crispus. Crispo, Vespasianus
tertium, & Cocceio Nerua COSS. Pompeius Silius: Silanus,
Valerio, & Messalino COSS. T. Anius Flavianus: Flavianus, Vespasia
no quintum, & Tito tertium COSS. Acilius Auiola. Post quem Impe-
ratores Nerua tertium, & Virginio Rufo tertium COSS. ad nos cura
translata est. Nunc quid obseruare curator aquarum debeat, & leges
Senatus q; consulta ad instruendum eum pertinentia, subiungam. Circa
ius ducendæ aquæ in priuatis hæc obseruanda sunt, ne quis sine literis
Cæsaris, id est, ne quis aquam publica non impetratam, & ne quis am-
plius quam impletatam fuerit ducat. Ita enim efficiemus, ut modus quem
acquiri diximus, possit ad nolios salientes, & ad nova Principis benefi-
cia pertinere. In utroq; autem magna cura multipli opponenda frau-
dit est. Sollicito subinde ductus extra urbē sunt circueundi ad recognoscē-
da beneficia. Idem in castellis salientibus publicis faciendum, ut sine in-
termissione, diebus noctibus q; aqua fluat, quod Senatus quoq; consulto
curator facere iubetur, cuius hæc quoq; uerba sunt: Aelius Tubero, &
P. Fabius Maximus O. V. F. COSS. de numero publicorū salientium
qui in urbe essent, intraq; edificia urbi coniuncta, quos M. Agrippa se-
tisse. Q. F. P. de ea re ita censuerunt, neq; augeri placere, nec minui
numeris publicorum salientium, quos nunc esse retulerunt ijs, quibus ne-
gocium à Senatu est imperatū, ut inspicerent aquas publicas, inirentq;
numerum salientium publicorum. Itemq; placere curatores aquarum,
quos Senatus con. Cæsar Augustus ex Senatus autoritate nominavit, da-
re operā ut salientes publici quam assiduisime interdiu & noctu aquā
in usum populi funderent. In hoc S. cons. crediderim annotandū, quod
Senatus tam augeri quam minui salientium publicorum numerum uete-
rit, id factum existimo, quia modis aquarum, quæ ijs temporibus in ur-
bem ueniebant, antequam Claudia & Anio nouis perduceretur, maio-
rem erosionem capere non uidebatur. Qui aquam in usus priuatos
deducere

AQVAEDVCTIBVS ROM. LIB. II.

deducere uoleat, impetrare eam debet, & à Principe epistolam ad curatorem afferre. Curatores deinde beneficio Cæsaris præstare maturitatem, & procuratorem eiusdem officij libertum Cæsaris protinus scribere. Procuratorē autem primus Ti. Claudius uidetur admouisse postquam Anionem nouum & Claudiā induxit. Quid continueat epistola Iulia fieri quoq; notum debet, ne quando negligentiam, aut fraudem suam ignoratię colore defendat. Procurator calicem eius moduli, qui fuerit impetratus, adhibitis libratoribus signari cogitet, & diligenter in colore. tendat mensuraru quas supradiximus modū & earū notitiā habeat, ne sit in arbitrio libratorū interdū maioris luminis, interdū minoris pro gratia personarū calicē probare. Sed neq; statim adhuc liberū subiectiendi qualemq; plumbeā fistulā permittat arbitriū. uerū eiusdē lumen, quo calix signatus est, eundem per pedes quinquaginta prope det, sicut Senatus consulto, quod subiectiendū est, cauetur. Q[uod] Q[uod]. Aelius Tubero, Q[uod]. Fabius maximus C O S S . V . F . quosdam priuatos ex riuis publicis aquam ducere. Q . D . E . R . F . P . D . E . R . V . I . C . ne cui priuato aquam ducere ex riuis publicis liceret: utiq; omnes iij quibus aquæ ducendæ ius esset datum, ex castellis ducerent, animaduerterentq; curatores aquarum, quibus locis intra extraq; urbem apte castella priuati facere possent, ex quibus aquam ducerēt, quā ex castello communē acceperissent à curatoribus aquarū, ne qui eorum, quibus aqua daretur publica, ius esset intra quinquaginta pedes eius castelli, ex quo aquam ducerent, laxiorem fistulam subiectiendū quam quinariam. In hoc Senatus consul dignū admiratione est, quod aquam nō nisi ex castello duci permettit, ne aut riui, aut fistulae publice frequenter lacerarentur. Ius imperatae aquæ neq; heredem, neq; emptorem, neq; ullum nouū dominum prædiorum sequitur: Balneis, quæ publicæ lauarent, priuilegium anti-Balneariū quitus concedebatur, ut semel data aqua perpetuo maneret, sicut ex ius.

teribus Senatus consul cognoscimus, ex quibus unum subieci: Nunc omnis aquæ cum possessore instauratur beneficium. Q[uod]. Q[uod]. Aelius Tubero, P. Fabius Maximus C O S S . V . F . constitui oporteret, quo iure extra intraq; urbem ducerent aquas iij quibus attribute essent. Q . D . E . R . F . P . D . E . I . C . uti ijs quoq; maneret attributio aquarū, exceptis

2 que

SEXTI IVLII FRONTINI DE

quæ in usum balnearum essent datae, aut Augustinomine, quoad idem
domini possiderent id solum in quo accepissent aquam. Cum uacare
aliquæ cœperint, adnuntiatur in commentariosq; redigitur, qui respic-
tiuntur ut petitoribus ex uacuis dari possint. Has aquas statim interdi-
cere solebant, ut medio tempore uenderent aut possessoribus prædio-
rum, aut alijs. Humanius etiam usum est Principi nostro, ne prædia su-
bito desituerentur, triginta dierum spatiū indulgeri, intra quod ijs ad
quos res pertinet, irrigarent. De aqua in prædia sociorum data nihil
constitutum inuenio, perinde tamen obseruatur, ac iure cautum, ut dum
quis ex ijs qui communiter impetraverit, supereret, totus modus pre-
dijs assignatus fluere, & tunc demum renouaretur beneficium, cum
desijset quisq; ex ijs, quibus erat datum possidere. Impetrata aqua alio
quam in ea prædia, in que data erat, aut ex alio castello quam quo ex
epistola Principis contrahebat duci palam. S. Consul. non oportet, sed
& mandatis prohibetur. Impetrantur autem & hæ aquæ que caduce
uocantur, id est, que aut ex castellis effluunt, aut ex manationibus fistu-
larum, quod beneficium à Principibus parcissime tribui solitu, sed fra-
dibus aquariorum obnoxium est, quibus prohibendis quanta cura de-
beatur, ex capite mandatorum manifestū erit, quod subiecit: Caducam
neminem uolo ducere, nisi qui neo beneficio, aut priorum Principum
habent: nam necesse est ex castellis aliquam partem aquæ effluere, cum
hoc pertineat non solum ad urbis nostræ salubritatē, sed etiam ad utili-
tatem cloacarum ablucendarum. Explicitis que ad ordinationem aqua-
rum priuati usus pertinebant, non ab re est quedam ex ijs quibus circu-
cumscribi saluberrimas constitutiones in ipso rei actu deprehendimus,
exempli causa attingere. Ampliores quoq; calices quam impletati
erant positus in plerisque castellis inueni, & ex ijs aliquos ne signatos
quidem. Quoties autem signatus calix excedit legitimam mensuram,
ambitio procuratori qui cum signauit detegitur: cum uero ne signa-
tus quidem est, manifesta culpa omnium, maxime accipientis deprehen-
ditur deinde uillici, In quibusdam cum calices legitime mensuræ signati
essent, statim amplioris moduli fistulae subiectæ fuerunt: unde acciderat
ut aqua non per legitimum spatium coercita, sed per leues angustias
expressa.

A Q V A E D V C T I B V S R O M . L I B . II .

expressa, facile laxiorem in proximo fistulam impleret. Ideoq; illud ad-
huc, quoties signatur calix, diligentiae adjiciendum est, ut fistulae quoque
proxime per spacium, quod S. consulto comprehensum diximus, signen-
tur. Ita demum enim nullus cum scierit non aliter quam signatas collo-
cari debere, omni carebit excusatione. Circa collocandos quoq; calices
obseruari oportet, ut ad lineam ordinentur, nec alterius inferior calix,
alterius superior ponatur. Inferior plus trahit, superior minus dicit,
quia cursus aquae ab inferiore rapitur. In quorundam fistulis ne calices
quidem positi fuerint: ha fistulae solute uocantur, & ut aquario libuit. Fistulae
laxantur, uel coartantur. Adhuc illa aquariorum intollerabilis fraus est, solute.
translate in nouum possessorem aquae, foramen nouum castello impo-
nunt, uetus relinquent, quo uenalem extrahant aquam. In primis ergo
hoc quoq; emendandum curatori crediderim, Non enim solum ad ipsa-
rum aquarum custodiam, sed etiam ad castelli tutelam pertinet, quod
subinde & sine causa fortatum iuriatur. Etiam ille aquariorum tollen-
dus est redditus, quem uocant punctam. Longa ac diuera sunt spacia,
per que fistulae tota meant urbe latentes sub silice. Has compri per eum
qui appellabatur à punctis passim conuulneratis omnibus in transitu ne Puncta.
gociatoribus, præbuisse peculiaribus fistulis aquam, quo efficiebatur, ut
exiguus modus ad usus publicos proueniret. Quantum ex hoc modo
aque sublatum sit, estimo ex eo quod aliquantum plumbi sublati eius-
modi ramis reductum est. Superest tutela ductuum, de qua prius quam Tutela du-
dicere incipiam, pauca de familia, que huius rei causa parata est, expli-
canda sunt. Familia sunt duas, altera publica, altera Cæsaris. Publica an-
tiquior quam Agrippæ Augusto relicta, et ab eo publicatam diximus.
Habet homines circiter .ccxl. Cæsaris familie numerus est .cccclx.
quam Claudius, cum aquas in urbem perduceret, constituit. Vtraq; au-
tem familia in aliquot ministeriorum species diducitur: nullicos, castellarios,
curatores, silicarios, tectores, aliosq; opifices. Ex his aliquos ex-
tra urbem esse oportet ad ea que non sunt magnæ molitionis. Maturum
tamen auxilium uidentur exigere omnes in urbe circa castellarum &
muncrum stationes, operaq; que urgebunt, in primis ad subitos casus,
ut ex compluribus regionibus, in quas necessitas incubuerit, conuerti

2 3 posit

SEXTI IULII FRONTINI DE

possit præsidium aquarum abundatius. Tam amplum numerum utriusque familie solitum ambitione, aut negligentia præpositorum in priuata opera diduci, reuocare ad aliquam disciplinam & publica ministraria ita instituimus, ut pridie quid esset actura dictaremus, et quid quaerendis egisset actis comprehendenderetur. Comoda publicæ familie ex Aerario dantur, quod impendium exoneratur uectigalium redditu ad usum aquarum pertinentium. Ea constat ex hortis & officijs sue, que sunt circa ductus, aut castella, aut munera, aut lacus, quem redditum prope se stertium. ccl. milium salientem, ac uagum, proximis uero temporibus in Domitianis loculos uersum iustitia Diui Nerue populo restituit, nos strasuditas ad certam regulam redigunt, ut constarent, que essent ad hoc uectigal pertinentia loca. Cæsaris familia ex fisco accipit commoda, unde & omne plumbum, & omnes impensæ ad ductus, & castella, & lacus pertinentes erogantur. Quoniam que uidebantur ad familiam pertinere exposuimus, ad tutelam ductuum sicut promiseramus diuertimus, rem eniore cura dignam, cum magnitudinis Romani imperij id præcipuum sit indicium. Multa atque ampla opera subinde nascuntur, quibus ante succurri debet quam magno auxilio egere incipient, pleraque tamen prudenti temperamento sustinenda sunt, quia non semper opus aut facere, aut ampliare querentibus credendum est. Ideoque non solù scientia peritorum, sed & proprio usu curator instructus esse debet, nec suæ tantum statationis architectis uti, sed plurimum aduocare non minus fidem quam subtilitatem, ut estimat que representanda, quæ differenda sint, & rursus que per redemptores effici debeant, & quæ per domesticos artifices. Nascuntur opera ferre ex his causis, nam aut uetus state corrumpuntur, aut potentia possessorum, aut uir tempestatum, aut culpa male facti operis, quod sepius accidit in recentibus. Ferre aut uetus state, aut uir tempestatum partes ductuum laborant, quæ arcuationibus sustinentur, aut montium lateribus applicatae sunt, & exarcuationibus, eaque per flumen trajectuuntur. Ideo hæc opera sollicita festinatione explicanda sunt. Minus iniurie subiacent subterranea, nec gelidijs, nec caloribus exposita. Vitia autem eiusmodi, aut talia sunt ut non interpellato cursu subueniantur eis, aut emenda-

AQVAEDVCTIBVS ROM. LIB. II.

emendari nisi auersa non possint, sicut ea, quæ in ipso alveo fieri
necessæ est. Hæc duplice ex causa nascuntur, aut limo concrecente,
qui interdum in crastam durescit, iterq; aquæ coarctat, quod aut techo-
rio corruptur, unde fiunt manationes, quibus necessæ est latera riuos
rum & substrictiones uitari. Pilæ quoq; ipse topo extrectæ sub tam
magnō onere labuntur. Refici quæ circa alveos sunt riuorum estate
non debent, ne aquæ intermittatur usus, tempore quo præcipue deside-
ratur, sed uere, uel autumno, & maxima cum festinatione, ita ut ante
præparatis omnibus quam paucissimis diebus riuū cessent. Neminem fu-
git per singulos ductus hoc esse faciendum, ne si plures pariter auer-
tantur, desit aqua ciuitati. Ea quæ non interpellato aque cursu effici
debent, maxime structura constant, quam suis temporibus & fidelem
fieri oportet. Idoneum structuræ tempus est acalen. Aprilibus in calen.
Nouemb. ita ut optimum sit intermittere eam partem cestatis, que ni-
misi caloribus incandescit: quia temperamento cceli opus est, ut ex hu-
more commode structura combibat, & in unitate corroboretur. Non
minus autem sol acrior quam gelatio præcipit materiæ, nec ullum opus
diligentiore poscit curam quam quod aquæ obstatum est. Fides
itaq; eius per singula secundum legem notam omnibus, sed à paucis ob-
seruatæ exigenda est. Illud nulli dubium esse crediderum, proximos du-
ctus, id est, qui à sexto miliario lapide quadrato consistunt, maxime cu-
stodiendos, quoniam & amplissimi operis sunt, & plures aquas sin-
guli sustinent, quos, si necessæ fuerit interrumpere, maior pars aqua-
rum urbem Romam destituet. Remedia tamen sunt, ut his difficultati-
bus inchoatus alveus excitetur ad libram deficientis. Alveus uero plum-
batis canalibus per spaciū interrupti ductus rursus contineatur. Por-
rò quoniam ferè omnes per priuatorum agros directi erant, & diffici-
lis uidebatur futuræ impensæ præparatio, ut alicuius constitutione sic
curreretur, simul ne accessu ad reficiendos riuos redēptores à possesso-
ribus prohiberentur, Senatus consultum factū est, quod subieci. Quod
Q. Aelius Tubero, P. Fabius Maximus C O S S. V. F. de riuis specie-
bus, fornicibusq; Iulie, Martie, Appie, Tepule, Anionis reficiendis,
Q. D.E.R.F.P.D.E.R.I.C. Ut cum iij riuī, fornices, quos Augustus

2 4 Cæsar

SEXTI IVLII FRONTINI DE

Cæsar se refectorum impensa sua pollicitus Senatui est reficerentur, ex agris priuatorum terram, limum, lapidem, testam, arenam, ligna, cæteraque quibus ad eam rem opus esset, unde queque earum proxime sine iniuria priuatorum tolli, sumi, portari possint, uiri boni arbitratuæ similitudinentur, tollerentur, sumerentur, exportarentur, & eas res omnes exportandas, earumque rerum reficiendarum causa, quoties opus esset per agros priuatorum sine iniuria corum itinera, actus paterent, darentur. Plerunque autem uitia oriuntur ex potentia possessorum, qui pluribus modis riuos uiolant. Primum enim spatia, quæ circa ductus aquarum ex S. Consulito uacare debent, aut ædificijs, aut arboribus occupant. Arbores magis nocent, quarum radicibus & concamerationes & latera soluuntur: deinde uicinales uias, agrestesque per ipsas formas diriguntur: nouissime additus ad tutelam præcludunt: que omnia Senatus consulto, quod subieci, prouisa sunt, quod Q. Aelius Tubero, P. Fabius Maximus V. F. aquarum, quæ in urbem uenirent itinera occupari monumentis, & ædificijs, & arboribus conseri. Q. F. P. D. E. R. I. C. Cum ad reficiendos riuos, specusque, per quæ & opera publica corrumpuntur, placere circa fontes, & fornice, & muros utraq; ex parte uacuos centenos quinos denos pedes patere, & circa riuos, qui sub terra essent, & specus intra urbem continentia ædificia, utraq; ex parte quinos pedes uacuos relinquunt, ita ut neque monumētum in ijs locis, neque edificium post hoc tempus ponere, neque conserere arbores licet: siquæ nunc essent arbores intra id spatiū, extirparentur, præterquam siquæ nulla continentes & inclusæ ædificijs essent. Si quis aduersus ea commiserit, in singulas res in dena milia damnas esset. Ex quibus pars dimidia præmium accusatori daretur, cuius opera maxime conuictus esset, qui aduersus hoc Senatus con. commississet: pars altera media in ærarium redigeretur, deque ea re iudicarent, cognoscerentque curatores aquarum. Posset hoc Senatus consultum equissimum uideri, etiam si ex reitatum publicæ utilitate ea spatia iudicarentur, multo magis cum maiores nostri admirabili equitate, ne ea quidem eripuerunt priuatis, quæ ad modum publicum pertinebant. Sed cum aquas perducerent, si difficilior possessor in parte uendenda fuerat, prototo agro pecuniam intulce-

A Q V A E D V C T I B V S R O M . L I B . II .

intulerunt, ac post determinata necessaria loca rursus eum agrum ueniderunt, ut in suis finibus proprium ius tam Respublica quam priuata haberet. Plerique tam non contenti occupasse fines, ipsis ductibus manus attulerunt per semitas solutas paſsim, et rursus ius aquarum imperatum habent, aquarij quantulacunq; beneficio occasione ad expugnandos nunc abutuntur. Quid porro fieret, si non uniuersa ista dilia gentifima lege prohiberentur, penaq; non mediocris contumacibus intentaretur? Quae subscripti hæc sunt uerba legis: T. Quintius Crispinus C O S S. populum iure rogauit, populusq; iure sciuit in foro pro rostris ædis Divi Iulij Po. Ro. Et Iulias tribui Sergia principum fuit pro tribus sex. L. F. Varro. Quicunq; post hanc legem rogatam riuos, specus, fornices, fistulas, castella, tubulos, lacus aquarum publicarum, quæ ad urbem ducuntur, earumque quam sciens dolo malo foraverit, ruperit, forare, rumperéue curauerit, peiorémue fecerit, quo minus ea aqua earumque quæ in urbem Romanire, cadere, flui, peruenire, duci possint, quoue minus in urbe Roma, et in his ædificijs quæ urbi continentia sunt, erunt, in hisq; hortis, prædijs, locis, quorum hortorum, prædiorum, locorum dominis, possessoribus, V . F. aqua data uel attributa est, uel erit, ut saliat, distribuatur, diuidatur, in castella, lacus immittatur, is P. R. c. milia dare damnas esto: et qui clam quid eorum ita fecerit, id omne sarcire, reficere, restituere, ædificare, ponere et celare, demoliri damnas esto, sine dolo malo. Atq; ita omnino, ut quicunq; curator aquarum est, erit, si curator aquarum est uel erit, tum is Prætor, qui inter ciues et peregrinos ius dicit, multam pignoribus cogito, coercito, eiq; curatori, aut si curator non erit, tum ei Prætori eo nomine cogere et coercere, multæ dicendæ, siue pignoris capiendi ius, potestasq; esto. Si quid eorum seruus fecerit, dominus eius centum milia populo det. Si quis circa riuos, specus, fornices, fistulas, tubulos, castella, lacus aquarum publicarum, qua ad urbem Romanam ducuntur et ducetur, terminatus steterit, neq; quis eo loco post hac legem rogatam quid opponit, molit, opsepit, fugit, statuit, ponit, collocat, arat, ferit, nunc in eum locum quid immittit, præterq; eorum faciendorum reponendorum causa præterquam quidem hac lege licebit, oportebit. Qui aduersus ea

quid

SEXTI IVL. FR. DE A QVAED. ROM. LIB. II.

quid fecerit, & aduersus ea repserit, ex iussu causaq; omnii rerum om
nibus esto damnas, utiq; atq; uti esset esseq; oporteret, si is aduersus
hanc legem riuuum, specum rupiisset, foras jetue, quiq; specum foras jetu
pissetue, quo minus in eo loco poscere herbam, foenum sceare, sentes,
uepres, caprificos, curatores aquarum qui nunc sunt, quiq; erunt,
circa fontes, & fontium & murorum curam, riuos, & specus
terminatus arbores uites, uepres, sentes, ripe, maceria, salicta, harun-
dineta excidantur, tollantur, effodiantur, excorticentur, utiq; recte fa-
clum esse uoleat, eoq; nomine ijs pignoris captio multa edici
or
uti que esto: idq; ijs sine fraude sua facere liceat ius potest asq; esto
quo minus uites arboresq; nullis, edificijs, macerij sue inclusæ sint. Ma-
cerie quas curatores aquarum causa cognita ne demolirentur dominis
permiserunt, quibus inscripta insculptaq; essent ipsorum qui permis-
sent curatorum nomina maneat, hac legen nihil abrogato, quominus ex
his fontibus, riuis, specubus, fornicibus aquam haurire sumere ijs qua-
buscung; curatores aquarum permiserunt, præterquam rota, calice,
machina liceat: dum neq; putetus, neq; foramen nouum fiat. Eius hac le-
gen nihil rogatio utilissima legis contemptores non negauerim dignos

¶ Legem pena que intenditur. Sed negligentia longi temporis deceptos leni-
pro tempore ter reuocari oportuit. Itaq; sedulo labor auimus, ut quantum in nobis
re. fuit etiam ignorarentur qui errauerant. His uero qui admoniti

ad indulgentiam imperatoris decurrerunt, possumus ui-
deri causa imperati beneficij fuisse. In reliquo
*opere uero * opto ne executio legis necessaria
fi, cum officij fidem etiam per
offensas tueri præ-
stet.

F I N I S.

EX PRO-

